Diſtance, which I would certainly have meaſured, if I had had proper inſtruments. And if others, who are more skilled in theſe Affairs, have made the like Obſervation, I ſhall no longer doubt of the Moon's having an Atmoſphere.

Briſtol, Feb. 19. 1725.

III. *Sceletωn duorum Humanorum petrefactorum pars. Ex Epiſtola* Joh. Jac. Scheuczer, *M. D. R. S. S. ad Dom.* Hans Sloane, *Baronettum, S. R. V. Pr.*

NOSTI, Vir Expertiſſime, ex hominum diluvio ſubmerſonum genere paucas ſuperſtites eſſe reliquias. Neque ego hactenus in numeroſa ſatis collectione plures habui quam binas dorſi vertebras, atronitentis ſplendoris, petrefactas. Nunc autem, ἀγαθῇ τύχῃ Muſeolo meo illatum, lapidi fiſſili *Oeningenſi* immerſum λείψανον, omni attentione digniſſimum, in quo diſtincte cernere licet, non vagæ imaginationis ſimulacra, ſed capitis humani à quovis alio animantium genere diſtinctivi partes benè multas, reapſe reſiduas, cranii ambitum, os frontis, oſſa ſincipitis, occipitis, orbitam oculi, baſeos cerebri & medullæ oblongatæ λείψανα, prominentiam interiorem oſſis occipitalis, quæ cerebelli lobos ſeparat, colli vertebras numero 7, partim denudatas, partim lapideo cortice tectas, & eſt hæc veluti orthographica ſectio poſterioris capitis partis.

Sed

The Royal Society is collaborating with JSTOR to digitize, preserve, and extend access to *Philosophical Transactions (1683-1775).* www.jstor.org

Sed inde ex quo Monumenti hujus fui potitus, ſingulari Divinâ Providentiâ novus ex dicta lapicidina advolavit hoſpes, carior tantò, quia eſt ex rariſſimis, charior, quòd nec veſte opus habeat, nec alimento, omnia ſecum portans, priorem vincens & magnitudine, & ætate, & curioſitate. Adſunt nempe in dicto fiſſili lapide demerſa, ex hominis adulti ſceleto, ejuſve ſtructura anteriore, peripheria oſſis frontalis, os jugale, orbitæ oculorum, cranii tabulæ cum diploë, veſtigia foraminis infraorbitalis deſtinati pro tranſitu nervorum quinti paris, reliquiæ vel ipſius cerebri, vel duræ matris, oſſa cribroſa & ſpongioſa, os vomeris naſum diſterminans, oſſis quarti maxillaris portio, quæ genas conſtituit, naſi reliquiæ, maſſeteris portio, ſectio orthographica tranſiens per apophyſin condyloidem maxillæ inferioris ad angulum uſque hujuſdem maxillæ, vertebræ in continua ſerie numero 16, pleræque cum proceſſibus tranſverſis, claviculæ dextræ extrema portio, quæ ſcapulæ nectitur, ſiniſtræ media portio lapide tecta. Ex qua ſceleti proportione judico, integram hominis ſtaturam fuiſſe eandem, quæ incirca mea eſt, 58½. pollicum Pariſienſium.

Tiguri, 25 *Decemb.* 1725.

IV. *Obſer-*